

noster is labor non præsentibus modo hominibus, sed posteris quoque non ingratus videatur. Sunt quidem magni nominis scriptores, qui hæc quandoque et luculentius et maiori eloquentiæ laude sint monumentis literarum consignaturi : sed quibus (quod vitium latissime semper patuit) non tam exacte & vere quam eloquenter & præclare scribendi gloria quæsita sit ; quod cum nobis minus præstare licuerit, in eo maxime duximus nobis elaborandum, ut quod plurimi semper fieri debet, nostram fidem facile cuius probaremus qui magis cognoscendæ veritatis studio quam lenocinio et splendore inani orationis duceretur. Quicquid sane hoc sit, insigne certe mei in Cæsarem studii & deuotionis monumentum, tibi, rex potentissime, atque adeo illius non minus virtutis quam gloriæ et potentiæ hæredi, dicandum censi. Neque vero firmiore præsidio niti nomen nostrum poterat aduersus obtrectatorum calumnias quam si tanti regis autoritate & adeo præclare de christiana religione meriti, hæc nostra edenda in lucem curarem. Quod quidem cuius suscepti a me laboris sit futurum præmium amplissimum, ita hilari ac læto animo accipiam ut eodem præsidio tectus, sperem me quandoque maiora aggressurum. Vale.

Cette Relation est écrite sous la forme d'un dialogue entre Hercule et Nestor.

On y lit, au f. signé *C ij* : « Spectabatur in prima acie comes Suarzburgensis, cui dextram tegebat Basilicus Marchetus, nobili apud Græcos loco ortus. » Et, au f. signé *Dij*, Hercule s'exprime en ces termes : « Faxit Iupiter ut, deuictis subactisque hostibus, breui ille [Carolus V] tandem læta et incruenta potiatur victoria : quam consecutus, non dubito quin Græciam nostram, quæ olim cum tradendo cæteris gentibus præclaras artes, quibus animi excoluntur, tum res maximas terra marique gerendo, diu illustris habita est, a barbarie et tyrannide turcica, qua multis iam annis premitur, liberaturus sit. »

Bibliothèque royale de Bruxelles.

Bibliothèque du feu prince Georges Maurocordato.

